

QUESTIONVM SVPER EXODVM

G intelligeretur tunc ante deum posse reponi quado futura erat arca: an potius ante deum dictum est quod sit ipsa deuotione offerendi, in quocunque loco ponetur, ibi enim est deus? Sed illud quod adiungit, Et repositum Aaron ante testimonium ad referendum: priorem magis sensum asserit. Hoc enim modo scriptura dixit per proleptim, quod postea factum est

LXII. cum esse cepit tabernaculum testimonij. Filij autem Israel ederunt manna annis quadraginta, quoadusque venirent in terram quæ inhabitatur. Manna ederunt quoadusque venirent in partem Phœnicis. Significatur scriptura per proleptim, id est, hoc loco commemorando quod etiam postea factum est, non edisse filios Israel in eremo nisi manna. Hoc est enim quod ait, vsque ad terram quæ inhabitatur: id est, quæ iam non est eremus: non quia continuo ut venirent ad terram habitabilem destiterunt vesci manna, sed quia non ante. Traiecto enim Iordane significatur manna cessasse, vbi panes terræ manducauerunt: quando ergo ingressi sunt habitabilem terram, antequam transierunt Iordanem, vel tantum manna vesci, vel vtroque cibo potuerunt. Hoc quippe intelligi potest, quando cessasse manna non dicitur nisi Iordane traiecto. Cur autem in illa eremi inopia etiam carnes desiderauerunt, quando de Egypto cum suis valde multis pecoribus exierunt, magna quæstio est: Nisi forte dicatur, cum per eremum paucata tanta non essent, & ex eo minor futura videretur fecunditas pecorum, pepercisse illos pecoribus, ne omnibus deficientibus etiam sacrificijs necessaria defuissent: vel si quid aliud dici potest, vnde quæstio ista soluitur. Congruentius tamen creditur non eos carnes desiderasse, quas de pecoribus habere poterant: sed eas quæ deerant, ex aquis videlicet. Ipsas quippe in illa eremo non inueniebant: vnde & illis ortygometra data est, id est, aues quas coturnices multi Latini interpretati sunt, cum sit aliud genus auium ortygometra, quamuis coturnicibus non vsquequaque dissimile. Nouerat enim deus quid desideraret, & desiderium eorum quo carnis genere satiare. Sed quia scriptura concupuisse illos carnes dixerat, nec expresserat cuiusmodi carnes, ideo quæstio facta est.

Ortygo
metra.

LXIII. Manna ederunt quoadusque venirent in partem Phœnicis. Iam dixerat quoadusque venirent ad terram quæ inhabitatur. Sed quia non expresserat proprie quam diceret, repetitione videtur quandam proprietatem expressisse, dicendo, in partem Phœnicis. Sed tunc illam terram sic credendum est appellatam: modo enim hoc non vocatur nomine. Alia quippe est quæ Phœnicie appellatur regio Tyri & Sidonis, quâ illos transisse non legitur: quanquam scriptura fortasse potuerit terram Phœnicis appellare, vbi palmarum arbores iam esse ceperant post eremum va-

I. sitatem, quoniam palma Græcè sic appellatur. In initio enim profectiois suæ inueniant locum vbi septuaginta palmarum arbores fuerant, & duodecim fontes: sed postea eos exceperit eremi prolixitas, vbi tale aliquid non fuit, quousque venirent ad loca quæ colebantur. Verum ille sensus est probabilior, ut credamus sic appellatam tunc fuisse terram. Multarum enim terrarum & locorum, sicut fluminum & urbium, nomina certis existentibus causis antiquitate mutata sunt. Et dixit dominus ad Moysen, Antecede populum, Sume autem tecum de senioribus populi: & virgam in qua percussisti flumen, accipe in manu tua. Flumen Aaron legitur, non Moyses virga percussisse. Nam Moyses eadem virga mare diuisit, non flumen. Quid sibi ergo vult, Accipe virgam in qua percussisti flumen? An forte mare appellauit flumen? Quærendum exemplum locutionis huius, si ita est: an quod Aaron fecit, Moysi potius tributum est: quia per Moysen deus iubeat, quæ face-

LXIII. Exod. 17. ret Aaron: & in Moysen autoritas, in illo autem ministerium fuit: quandoquidem & primis suis verbis deus hoc illi ait, de fratre suo, Erit tibi ad populum, tu illi in ijs quæ ad deum. Et ecce ego stolo per cacumen collis, & virga dei in manu mea, dicit Moyses ad Iesum Naue cum præciperet, pugnare aduersus Amalech. Nunc ergo virga dei dicitur quæ primum dicta est virga Aaron, postea vero virga Moysi: sicut dicitur spiritus Helæ qui est spiritus dei, cuius particeps factus est Helias: sic illa potuit dici. Dicitur etiam dei iustitia, quæ nostra est, sed donata à deo: de qua loquens Apostolus, Iudeos arguit dicens, Ignorantes dei iustitiam & suam iustitiam volentes constituere: id est, tanquam à se sibi paratam, contra quales dicit, Quid enim habes quod non accepisti? Venit autem Aaron & omnes seniores Israel manducare panem cum socero Moysi ante deum: vel sicut alij codices habent, coram deo: quod Græcè scriptum est *ἐναντίον θεοῦ*. Quæritur vbi ante deum, quando nec tabernaculum fuit, nec arca testamētum: quæ postea iustitia instituta. Neque enim & hic de futura dictum accipere possumus, sicut dictum est de manna quod positum est in vase aureo. Ergo ante deum id accipere debemus factum, quod in honorem dei factum est. Vbi enim non deus?

LXV. Moyses socero suo dixit, Quia venit ad me populus inquirere iudicium à deo cum eis contigerit disceptatio, & cum venerint ad me, iudico vnumquemque, & moneo eos præcepta dei & legem eius. Quæritur postquam ista Moyses dixerit, cum lex dei adhuc nulla cõscripta esset, nisi quia lex dei sempiterna est, quam consulunt omnes præmentes, ut quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel vetent, secundum quod illa incommutabili veritate perceperint. Nunc quid enim Moyses, quantum cum illo deus loqueretur, per singula credendum est quod consulere soleat deum si quid esset in disceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum in hoc iudicandi negotio à mane vsque ad vesperam detinebat? Et tamen nisi suæ menti præsidem tunc dominum consulere, legemque eius æternam sapienter attenderet, quid iustissimum iudicare inter disceptantes posset non inueniret.

Rom. 10. In eo quod Iethro consilium dat genero suo Moysi, ne occupatus iudicij populi & ipse & populus consummeretur consumptione intolerabili. Prima quæstio est, cur hoc deus famulum suum, cum quo ipse tanta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri. In quo scriptura nos admonet, per quælibet hominem detur consilium veritatis, non debere contemni. Videndum est etiam, ne forte ibi voluerit deus ab alienigena admoneri Moysen, vbi ipsum posset tentare superbia: sedebat enim iudicialia sublimitate solus, vniuerso populo stante. Nam hunc sensum indicat, cum ipse Iethro eos eligi iussit ad iudicandas causas populi, qui odissent superbiam. Deinde quàm sit obseruandum quod alibi scriptura dicit, Fili ne in multis sint adus tuis: satis & hic apparet. Deinde verba Iethro dantis consilium Moysi consideranda sunt, Dicit enim, Nunc itaque audi me, & consilium dabo tibi, & erit deus tecum. Vbi mihi videtur significari, nimis intentum humanarum actionibus animum, deo quodammodo vacuati, quo fit tanto plenior, quanto in superna atque æterna liberius extenditur.

LXVI. Quod vero adiungit & dicit, Esto tu populo in ijs quæ ad deum, & referes verba eorum ad deum: testaberis illis præcepta dei & legem eius: & demonstabis illius vias in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ faciant. Cum populo vniuerso hoc agendum esse demonstrat. Non enim ait, vniuersi cuiusque verba referes ad deum, sed verba eorum, cum supra dixisset, Esto tu populo in ijs quæ ad deum sunt. Post hæc admonet ne singulorum negotia

LXVII. In eo quod Iethro dantis consilium Moysi consideranda sunt, Dicit enim, Nunc itaque audi me, & consilium dabo tibi, & erit deus tecum. Vbi mihi videtur significari, nimis intentum humanarum actionibus animum, deo quodammodo vacuati, quo fit tanto plenior, quanto in superna atque æterna liberius extenditur.

LXVIII. Quod vero adiungit & dicit, Esto tu populo in ijs quæ ad deum, & referes verba eorum ad deum: testaberis illis præcepta dei & legem eius: & demonstabis illius vias in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ faciant. Cum populo vniuerso hoc agendum esse demonstrat. Non enim ait, vniuersi cuiusque verba referes ad deum, sed verba eorum, cum supra dixisset, Esto tu populo in ijs quæ ad deum sunt. Post hæc admonet ne singulorum negotia

LXIX. Quod vero adiungit & dicit, Esto tu populo in ijs quæ ad deum, & referes verba eorum ad deum: testaberis illis præcepta dei & legem eius: & demonstabis illius vias in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ faciant. Cum populo vniuerso hoc agendum esse demonstrat. Non enim ait, vniuersi cuiusque verba referes ad deum, sed verba eorum, cum supra dixisset, Esto tu populo in ijs quæ ad deum sunt. Post hæc admonet ne singulorum negotia